



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ornatus superbi stultitiae sunt iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

isto iaceat lecto, moriatur in cruce; si uult crucifixum placatum uidere, crucē intelligo totam uitam eius cruciatu plenam. Si ergo Christi lectus est sancta crux, superbus profecto minister est, cui non sufficit lectus domini sui. Tertium est timor lecti infernalis. Vnde Isa. Sub ter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt uermes. Qui non possunt sustinere pullices, quomodo sustinebunt uermes? Qui timet pruinam irruet super eum nix, dicit patientissimus Iob.

2, 14

Iob, 6,

Ornatus superbi Stultitia sunt quatuor.

Prima est, quia exteriora sua uilia, interioribus, quae praeciosa sunt praeponunt. Similes illis qui paraturam pomi, ipsi pomo preferunt; & cooperturam torselli ipsi torsello. isti nanque magis exteriora quam interiora habere cupiunt. Et tamen Diabolus non curat de exterioribus sed de interioribus, de quibus illis non est cura. Da mihi animas cetera tolle tibi, dicitur in Genesi. Secunda est, quia cum morte damnati sint, & iam ad illam ducantur, plus

Gene, 14

cogitant tamen de ornatu corporum
 quam de liberatione animarū. Quod
 omnes ad mortē quotidie curramus,
 præter rei experiētiā infinitæ sunt do-
 ctorū sentētiæ. quāuis nesciamus quā-
 do, & ubi, aut quomodo, certissima
 est mors, sed eius hora nos latet: ue-
 rum est, quod nos ubiq; expectat, ut
 cum ceteris nostrum diem claudat
 ultimum. Tertia est, quia ipsi turpi-
 tudinem suam detegunt, quando eam
 tegere deberent. Vident superbum
 eorum ornatum, malam opinionem
 habent de eis. Vnde Glossa super il-
 lud Tim. 2. Non in tortis crinibus,
 & c. superbus habitus nō recta de se fa-
 cit credi. Ecclesiasticus. Amictus cor-
 poris, & risus dentium, & ingressus
 hominis nuntiant de illo. quia gestus
 corporis signum est mentis corruptæ.
 sicut nux si relinquat corticem ante
 tempus, signum est interioris corru-
 ptionis, sic Christianus si non habeat
 exterius habitum, quem Christiana
 religio requirit, signum est quod uir-
 tus alicuius peccati intus lateat.
 Quarta est, quia ipsi præferunt sapiē-
 tiam suam sapientiæ dei, uolentes fa-
 cies suas contra naturam mutare, quā
 eis naturaliter dominus dederat. Imò
 quod plus est, facies peccatorum,
 quæ sunt facies dæmonum, superin-

I. Tim. 2

Ecc. 19

CHRISTIANA

Eccle. 4 Auunt. Pſal. facies peccatorum ſum-
 tis. Non attendentes illud Eccleſiaſti-
 ci. Non accipies faciem aduerſus fa-
 ciem tuam. Hi nanque imaginem
Mat. 25 dei contemnunt, alias aſſumentes ima-
 gines. Et merito Deus eos deſpicit,
 & in die neceſſitatis nū agnoſcet eos
Pſal. 27 dicens. Amen dico uobis neſcio uos.
 Vnde ſuper illud Pſalmi. Domine in
 ciuitate tuam imaginem ipſorum ad
 nihilum rediges, &c. dicit Gloſſa.
 Merito imaginem illorum ad nihilum
 rediget Deus in caeſti ciuitate, quia
 illi imaginem ipſius ad nihilum redi-
 gerunt. Qua ergo fiducia rogat quis
 dominum, ſi eum deus non agnoſcit?
Iſydo. Qua fiducia (ait Iſydorus) ad caelos
 erigit uultus quos conditor non
 agnoſcit?

*Ocioſitas fugienda eſt propter
 quatuor.*

LUC. 14 **P**rimo, quia ociū eſt locus diabo-
 li. Sic dicit, reuertar in domum
 meam unde exiui. Propterea dice-
Bhpc 4 bat Paulus. Nolite locum dare dia-
 bolo, &c. Apud hominem occupa-
Seneca, tum non habet diabolus locum, ubi
 poſſit eſſe. quia ſicut dicit Seneca.
 Res perfectè occupata non habet lo-

I
 cum al
 Propte
 ſempe
 re diab
 hoc er
 facit
 preter
 ocioſi
 teſt off
 in caelo
 merce
 tur. Si
 tuos,
 Ocioſi
 iſto eſt
 guralit
 eam, u
 reſtat
 ſint. S
 tis ani
 quia e
 non eſt
 cebat
 ri non
 nē loc
 eſt can
 tuus e
 per tot
 ualet
 operat
 ponit
 Eſt en